Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26243
Copyright: Admont, Benediktinerstift

illi summe trinitatis imagine. ad quam summam trinitatem respiscenda. videnda. diligenda. ut eam recordet. eam contemplet. ea delectet. totum debet referre quod mutet. . xxxviii.

SAPIENTIE dicm patrem quia omnia quecumque substantialiter habet. in coeternio sibi uerbo suo dixerit quodammodo. et ipsum uerbum eiusdem. quia nec plus nec minus habet aliquid etiam ipse substantialiter quam quod in illo est. quia uerbum non mendaciter sed ueraciter genuit. quemadmodum potuit. ut per hanc similitudinem in enigmate. quantulucumque videretur contrahendo in memoria et intelligentia mentis nostre significare curauit. memorie tenens omne quod scimus etiam si non inde cogitemus. intelligentiae uero per omnem quandam cogitationis informationem. Cogitando enim quod uerum inuenerimus. hoc maxime intelligere dicimur. et hoc quidem rursus in memoria relinquimus. Sed illa abstrusior est profunditas nostre memorie. ubi hoc etiam primum cum cogitaremus inuenimus. et gignit intimum uerbum quod nullus lingue sit. tanquam scientia de scientia. et uisio de uisione. et intelligentia quam apparet in cogitatione de intelligentia quam in memoria fuerat sed latebat. quamquam et ipsa cogitatio quandam suam memoriam non haberet non reuerteretur ad eam quam in memoria reliquerat cum alia cogitaret. De spiritu autem sancto nihil in hoc enigmate quod ei simile uideretur ostendi. non uoluntatem nostram ut amorem. seu dilectionem quamuis uehementior est uoluntas. quo uoluntas nostra quam nobis naturaliter inest. sicut ea res adiacuerint. occurrerint. quibus allicimur ut offendimur. ita uarias habet affectiones. Quod quidem. Hunquid dicturi sumus. uoluntatem nostram quando recta nescire quid appetat quod euitet. Porro si scit. profecto inest ei sua quedam scientia. quam sine memoria et intelligentia esse non potest. An uero audiendus est quispiam dicens. caritatem nescire quod amat. quam non agit propterea. Sicut igitur inest intelligentia inest dilectio illi memorie principali. in qua inuenimus paratum et reconditum. ad quod cogitandum possumus peruenire. quia et duo ista inuenimus ibi. quando nos cogitan